



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. XLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

IN EPISTOL. XLVII.

[Ter tium confessione) *Hortatur militem, ut ante praelium* fol. 97. r. 24
Sacramentali confessione peccata expiit, laudato priscis militibus
more: qui & apud Normannos; de quibus Willelm. Malmesburi-
ensi lib. 3. de gestis Regum Angl. Tota nocte confessioni pec-
catorum vacantes, mane Dominico corpore communica-
rant; pedites cum arcibus & sagittis. &c.

30. *Damocra Saxoniam) Vide, que notant ad epist. 41. que*
idem est inscripta.

Martinus in vico) m. f. vitiosè: in vicos apud S. Iodi- fol. 98. v. 2.
cum. Conculerat Carolus M. Alcuino prater Abbatiam S. Marti-
nellam S. Iudoci, ut apparet ex epistola 11. Lupi Ferrar. ad Lotha-
rium Regem.

6. *Filia mea) Quam hæc, pro cuius valetudine tot preces, tot elee-*
mosyna, tanta sollicitudo? Ausim affirmare esse Liurgardem Caroli
Alexorem, quam Alcuinus ep. 62. filiam suam vocat.

IN EPISTOL. XLVIII.

P *Verò Mauro) In Bibliotheca Imperat. Viennæ extat Alcuini* fol. 98.
intercessio pro Mauro, manuscripta; tractans de mysticis qui-
busdam figuris.

29. *In poculo) alludit, nisi fallor, ad illum morè de quo supra ep. 22.*

IN EPISTOL. XLIX.

A *Gino Episcopo) Scio Aginum (cuius mentio in fragmento* fol. 99.
hist. Aquitan. ed. Pithæi) seu Agennum esse caput Nitiobri-
um, de quo Ptolomeus lib. 2. cap. 7. Hinc suspicor, hanc epistolam
scriptam esse ad Aginnensem Episcopum; & legendum esse: Agini
Episcopo. Nisi quis malit esse nomen proprium: quod, quale, mihi
non constat. Quid si hic Constantiensis Episcopus Eginus, qui teste no-
stro Hermanno, adiit Episcopatum anno 781. Blanditur quidem, sed
id, quod est, coniectura.

IN